





10

50
Q. D. B. V.
DISSERTATIO MEDICA

DE
T U S S I.

Hanc
Consensu & autoritate illustris & gratio-
sissimæ Facultatis Medicæ
IN ALMA SALANA,

SUB PRÆSIDIO
VIRI
NOBILISSIMI, EXCELLENTISSIMI ATQVE EXPE-
RIENTISSIMI,
DN.

GUERNERI ROLFINCII,

Phil. & Medic. Doctoris longè celeberrimi,
Practicæ & Chimicæ P. P. famigeratissimi, Facultatis me-
dicæ Senioris gravissimi, & Decani specta-
tissimi,

Dn. Præceptoris, Patroni atquè Promotoris sui, quovis
honoris cultu ætatè prosequendi,

publico Φιλιατρῶν examini

sistit

GEORGIUS WOLFGANGUS WEDELIUS,

SPREMBERGA-LUSATUS.

Ad diem Junii.

JENÆ

Literis JOHANNIS NISII,

Anno M. DC. LXII.

PER ILLUSTRIS
AC.
GENEROSISSIMO.
DOMINO.
DN. CUNRADO. REI.
NECCIO. A. CALLEN-
BERG.
BARONATUS. MUSCOVIÆ. WETTE-
SINGII. ET. WESTHEMII. DYNASTÆ.
HÆREDITARIO.
SERENISS. ELECTOR. SAXON.
CONSILIARIO. INTIMO.
LUSATIÆ. SUPERIORIS.
PROMARCHIONI. EMINEN-
TISSIMO.
ET. LEGIONIS. EQVESTRIS. PRÆFECTO.
SPECTATISSIMO.

DNO. SVO. CLEMENTISSIMO.

PRIMITIAS. HASCE. ACA-
DEMICAS.

humillimâ ac devotissimâ
animi subjectione,
dicat

confecrat

GEORGIUS WOLFGANGUS WEDELIUS.



DISSERTATIONIS MEDICÆ

DE

TUSSI,

CAPUT I

continet *θεοίμιον.*



Ulmonis magna ad vitalitatis opera exer- *Magna di-*
cenda potestas, mirabilis & celeris Mercurii *gnitas pulmo-*
vices obtinet, perpetuâ agitatione in corpo- *nis.*
re moveri paratus.

Mercurius in cœlo ventosus & aërius *qui mercurio*
Planeta censetur, semper Soli præstò est, e- *cœlesti re-*
jusque mandata exsequitur: ita etiam pul- *spondet.*
mo cordi semper præstò est, à corde vegeta-

tur: spiritum & calorem mutuò sumit, & rursus in transmit-
tendo & flabellando sanguine, debita præstat obsequia.

Dignitas tamen ejus non obstat, quò minus hostili mor-
borum insultu in hoc suo eminenti officio turbetur. Inter eos
nobilis ille est TUSSIS, quæ

CAPUT II.

Definitio nominalis.

NOMINATUR, à Græcis βήξ, βήχες in plurali. Inde βήτηω. *Nomen Græ-*
TUSSIS latinis, *Cælius Aurelianus* inter latinos celeberrimus *canicum*
tussiculam appellavit. *βήξ.*

Latin. tussis.
Συώνυμον Græcum adduci potest ex *Hesychio*. βηχίον, in- *Συώνυμα*
quit, νόσος ἐν λάρυγι. *Hoffmannus instit. med. lib. 3. cap. 12.* *συώνυ-*
μον producit ex *græco promptuario Scapula*, τὸ βήγμα, vel inco- *græca*
gnitâ dialecto βρηγμα, ἀπὸ τῆ βήτηω ἢ βρητήω, quod præter ipsum *βηχίον.*
affectum juxta innuit materiam illam seu humorem, qui tussi- *βήγμα.*
endo expuitur, & cum tussi rejicitur.

A 2

In

Due voces.

In Hippocratis monumentis duæ voces reperiuntur βῆξ, βῆχες, καὶ θυμός.

βῆξ.

βῆξ, βῆχες designant ὄρμω ἐφοδὸν naturalem instigationem, quâ nobis vel minimè cogitantibus oboriuntur.

θυμός.

Θυμός notat πειθαίρεσιν καὶ προθυμίαν, cum irritamur incitaturque ad tussendum, sed cum primùm tussire incepimus, statim cohibemus, quantum in nobis est, quia frustrâ tussire nos jam cognoscimus, nil commemorabile extudentes, & ἐργῶδες, ut loquitur Galenus, extussientes.

Ἀνάχρεμψις.

Ἀνάχρεμψις de tussi etiam prædicatur ὅτι ἀναχρεμψεῖται à rescreando. Unde & chremetes senes tussiculosi à Comicis salutantur.

Συνώνυμα
latina:
tussis,

Oribasius comm. in aphor. Hippocratis lib. 3. aph. 5. tussim duobus nasci in locis docet: aut in altitudine, & tum propriè tussis appellatur, aut in superioribus, quod in faucibus uvam titillat, & hanc Hippocratem tussiculam i. e. modicam tussim vocare.

tussicula.
Etymologia
nulla.

ETYMOLOGIA in Græcâ voce non habet locum. Immunitatem juris primitivi habet etiam Latina TUSSIS vox, nisi dicere velimus ad imitationem soni, qui U & SS adeoque obtusum sonum & sibilum sonoramque concussionem pectoris exprimit, vocabulum hoc effectum esse. Eadem ratio soni Teutonico vocabulo Husten applicari potest. Nonnunquam verba cum ipsis nascuntur rebus, ipsasque sub aspectum rerum sistunt essentias, earumque admirandam emphasin compendiosè offerunt intellectui.

Δυστυμολόγητον τὸ ὄνομα.

Nonnulli à
tundendo de-
rivant.

Nonnulli tamen à tundendo, quod partes spiritales tundat, dictam volunt.

Tussis Quinta.

Celebre tussis nomen in Galliâ, imprimis Parisiis est QUINTA & QUINTANA. Hamburgi communi populari idiomate appellant mulierculæ Kinethesten. Gravis est tussis & magnis comitata symptomatibus. Nomen nonnullorum iudicio accepit, quod certis horis repetat ille paroxysmus & tussendi necessitas, quinque nimirum vel sex horarum spacio rursus remittat. Id experientia verum probat.

ἑτυμολογία

Aliorum sen-
tentia.

Alii verbum fictitium esse putant per ὀνομασποίαν, ab eo sono & strepitu, quem edunt ita tussientes. Unde à Musicis de-

desumptum nonnulli volunt, ait *Ballonius epidem. & ephemerid. lib. 2. p. 256.* Quemadmodum inter octavam & quintam proportio quædam & concentus convenit, disparibus tamen gradibus & numeris; ita qui hanc molestant tussim patiuntur, in faucibus sonum edunt, qui alteri sono quodammodo respondet, qui in profundo pulmonis editur.

CAPUT III.

Definitio ἔσιώδης, ejusque formalis ratio.

Tussis est vehemens, crebra & sonora copiosi spiritus prius *ὄρθη ἔσιώδης* attracti à pulmonibus efflatio, à facultate expultrice organorum respirationis, per velocem musculorum pectoris constrictionem, ad expellendum ea, quæ spirandi organis molesta sunt, edita.

GENUS seu FORMAM esse vehementem efflationem, testatur *Galenus 2. de caus. symptom. cap. 4.* eleganti hoc sermone, *μηδὲν ἄλλο ἐστὶ βῆξις ἢ σφοδρότατη τις ἐκφύσησις, ἵνα πλεῖστον, τὸ ἄμα καὶ ταχιστα φερίμωρον ἔξω τὸ πνεῦμα πῶδρασύρη τὲ, καὶ προωθῆ τῆ ρύμη τὰ ἐμφρατίοντα τὰς ὁδὰς αὐτῶν. καὶ ὅταν γὰ κατὰ τὴν ἐκβολὴν τὴν πρῶτην, ἀδυνατήσῃ διώσεισθαι τὰ λυπέντα, καὶ δὲ καὶ τρεῖς ἐμπίπῃεν αὐτοῖς ὅσκι ὀκνεῖ. καὶ τυγχάνειν γὰ τῶ τήλας ὡς τὰ πολλὰ, ἔταν αὐτότε τὸ πνεῦμα φέρεται σφοδρῶς, ἵπιτήδεια τὲ εὐρίσκει προωθεῖσθαι τὸν ἐμφρατίοντα.* *Tussis est vehementissima efflatio, quâ plurimus simul, celerrimeque foras actus spiritus attrahit, propellitque suo impetu quæ vias suas obstruunt. Cumque primo aggressu pellere, quod offendit, non valet, bis terque idem munus repetere non gravatur. Fit plerumque voti compos, cum spiritus cum vehementiâ defertur, & cum quæ obstruunt, contumacia ad propellendum non sunt.*

Cùm verò motus depravati in triplici sint differentiâ, ne quis dubitandi ansam habeat, ad quem tussis pertineat, *Galenus præcavere volens, eam retulit 2. de caus. sympt. cap. 1. ad τὰ ἔργα τῆς φύσεως ἀναγκαζομένης opera naturæ irritatæ.* *Motus est naturæ irritatæ depravatus.*

Mistus est motus ex naturali, vel si mavis, vitali & animali.

Mistus motus est tussis ex naturali & animali, seu potius duplex. NATURALIS provenit ab irritatione interioris bronchiorum tunicæ, quæ valdè sensilis est. ANIMALIS à necessariò subsequente musculorum pectoralium omnium motu promanat.

Ἐκ φύσεως exsufflatio hæc necessaria est ad expulsionem materiæ. Ita Galenus 2. de caus. sympt. cap. 4. ἐπειδὴν ἡ κατὰ τὰς τραχείας ἀρτηρίας περιέχεται σῶμα, χονδρώδεις καὶ σκληροὺς ἔσους, καὶ διὰ τὸ ἀδυνατῆσαι περιστέλλεσθαι τῷ περιχομῶ, σφοδρῶν τὴν τὸ πνεύματι ἐξω φερεῖν ἢ φύσις ἐργάζεται, βῆχα κινῶσι. Cum enim aspera arteria sit corpus cartilagineum, durum, constringi non potest, quod intra se habet. Ideò natura spiritu concitato foras projicit.

Non simplex sed vehemens,

Non sufficit ad expulsionem noxiæ materiæ ἐκπνοὴ exspiratio simplex, sed ἐκ φύσεως concitata & vehemens efflatio. Non adest in tussi exspiratio positiva solùm, sed comparativa & superlativa.

Strepera.

1.
2.

STREPERA etiam est hæc exsufflatio, cum sonitu & strepitu juncta, 1. ob constitutionem loci, ex quo & per quem ex amplo spacio spiritus propellitur in angustum. 2. ob viarum asperitatem & inæqualitatem. ἡ τραχεία constat ex cartilagineis annulis pluribus seriatim junctis: & in eâ ut & larynge reperiuntur intervalla, ceu valles, & monticuli, ceu colles. Cum spiritus per montosa & depressa loca hæc incedit, strepit, quemadmodum aqua per lapidosa & inæqualia flumina. 3. Sonitus hic augetur à conformatione faucium, in quibus sunt cava & alta. Ux allisione etiam augetur sonus.

3.

CAPUT IV.

subjectum tussis exponitur.

τὸ ὑποκείμενον est arteria aspera.

Illud est aspera arteria, τραχεία δὲ τῆς ἀδύτης & aeris transitu dicta: βρογχὸς nuncupatur διὰ τὸ βρέχειν ab irrigando. Credebant enim veteres, eam per viam potum ad pulmones derivari. συγκειμένη πολλοῖς κερκοῖς ὁμοιορυσμοῖς, pluribus constituta annulis consimilibus, quæ integrum circulum non conficiunt, sed sunt σγμοειδεῖς, deorsum descendit. Semicirculi hi magni.

gno

gnitudinem suam sensim amittunt, ut etiam figuram. Modò enim integrum circulum æmulantur, modò squamularum & tessellarum in morem discissi plures ad unum constituendum accurrunt, & sunt modò rhomboides, modò quadratæ, modò rotundæ.

MEMBRANA incinguntur interiùs exquisiti sensùs. Hæc cum irritatur, statim natura admonita movet muscu-

Membrana hæc irritata natura admonetur.

t.

los thoracis, & præcipuè diaphragma, in violentiori etiam abdominis, extendendo, ut plurimum aeris attrahatur in bronchiorum propagines, & totam pulmonum molem, quæ vasis excurrentibus appenditur, conditam eo modo,

Modus generationis pulmonis Hippocraticus.

quem proposuit Hippocrates libro *περὶ σαρκῶν de carnibus. οὐδὲ πνεύμων, dum inquit. πρὸς τῆ καρδίῃ ἐχέτο ὡδε. τῆ ὑγρῆ ὀκόσον ἡ κολλωδέστατον ἢ καρδία θερμαίνουσα, ταχὺ ἐξήρακεν, ὅπως πρὸς ἀφρόν. καὶ ἐποίησεν σπυραγγῶδες. καὶ φλέβια πολλά ἐν αὐτῷ. Pulmo autem juxta cor sic extitit. Quod in humido glutinosissimum erat, cor calefacient, celeriter exiccavit, veluti spumam & fistulosum reddidit multisque venulis respersit.*

Pulmonum substantia non est verè parenchyma carneum, ut antiquitus creditum, sed ut ostendit Marcellus Mapighius Bononiensis, aggregatum quid ex levissimis & tenuissimis membranis à bronchiis asperæ arteriæ propagatis, quæ extensæ & sinuatæ penè infinitas vesiculas orbiculares efformant, similes alveolis in apum favis, quæ tandem desinunt in membranam continentem.

Substantia non est verè parenchyma.

Deinde impetuosâ musculorum thoracis & abdominis, qui coarctatis intestinis diaphragma sursum pellunt, ad suum principium factâ contractione, *ἐνρυχωρία* thoracis angustatur, pulmo comprimitur, & attractus ex unâ vesicâ in aliam, ex hæc iterum in aliam & tandem in bronchia cum sonitu aer expellitur.

2.

Motus pulmonis est manifestus non solùm in agrâ tussiculosâ tussi, sed etiam sapitatis tempore.

Motus pulmonum in tussi est rationi consentaneus.

Actum agunt Helmontius libro *catarrhi deliramenta inscripto t. 44. & Grembsius lib. 1. cap. 8. de usu part. t. 44.* vitio vertentes scholis, quod decernant quatuor pulmonis lobos instar folium incessanter diduci, & comprimi pro usu anhelitus, adeò ut

Helmontii & Grembsii

fla-

flatus sive inspiratus aer duntaxat in pulmonem trahatur, neque ad cavum thoracis pertingat ulterius. Volunt aerem per pulmonis porulos & manifesta foramina cribri instar percolari, quiescentibus pulmonibus, in ipsam thoracis cavitatem & cavitate eundem & purulenta ex pleura per eadem foramina readsumi.

Sententia re-
icitur.

Motum pulmonis probat sensus, quem erroris damnare ἀπώσιαν sapit τῆς ἀνοίας. Patet hic motus in vulneribus thoracis, in profectione vivi animalis, in cadaveribus. Ad motum omnia in pulmone sunt comparata. Ad aptitudinem extensionis & concidentiae disponit substantia vesicalis membranacea, porosa. Movetur autem non virtute suâ, aut motu proprio, sed motu thoracis, ut currus ab impellente aurigâ, & equis trahentibus, non suo Marte. Hoc pluribus exponit Bartholinus de pulmonum substantia & motu sect. 4.

Propria pul-
monis passio
est tussis.

Propria pulmonis passio tamen est tussis, ita ut non possit fieri per alterius membri nocumentum, nisi simul etiam pulmo afficiatur, & ad expellendum nociva irritetur, sive per essentiam, sive consensum. Confirmatur autoritate Iben-Rhois seu Rasched. Iben sina tussim in pleuritide fieri docet ob vicinitatem pulmonis.

Dubitationis
resolutio.

DUBITATIONEM movet, quod tussis actioni thoracis accidat, & non fiat motu pulmonis proprio, sed diaphragmatis, aliorumque musculorum thoracis. Ergo hi potius afficiuntur. 2. Hi ad noxia expellenda se accingunt, pulmonis solum dilatatio sequitur, ut follis. 3. Tussis est aggregatum quid ex duobus motibus, scilicet ex dilatatione & constrictione pulmonis & pectoris impetuosa. Principalior in tussi motus est constrictio pectoris impetuosa: per hanc enim fit sonitus in tussi auditus, & rei nocivæ expulsio, quàm motus pulmonum. Hic solum accidentarius est.

Resolutio.

1.

2.

3.

Resp. Impulsio fit à musculis, exsufflatio per canales pulmonis. In hac autem formalis consistit tussis ratio. 2. Dilatatio & constrictio thoracis fieri possunt sine tussi, in difficili respiratione quâcunque. 3. Motus exsufflationis formalem tussi addit rationem. Causa antecedens motus est in musculis, Accidentarius licet sit pulmoni, est tamen tussi proprius.

Eidē-

PULMONES AFFICIUNTUR DUOBUS MODIS. 9

Εἰδέναι δὲ δεῖ καὶ τὸτο, inquit Trallianus lib. 5. cap. 1. αἱ μὲν τῶν βηχῶν κατὰ πρῶτον αἰτίαν, αἱ δὲ κατὰ συμπάθειαν σωίζονται. Sci-
 re & hoc expedit, quod quaedam tusses primario affectu, quaedam con-
 sortii lege proveniant.

Tussis fit vel
 per essentiam
 vel per con-
 sensum.

Popularis opinio increbuit, tusses ferè omnes acceptum
 ferri catarrhis è cerebro per os cribrosum & cuneiforme de-
 labentibus, pituitâ veluti liquefactâ per quandam Ἀγχοσιν.
 Nata est hæc opinio in monumentis Hippocratis & Galeni, qui
 in epidemiis tussis ἀπὸ ῥοματίων à capitis destillationibus exortæ
 pluries meminere.

Vulgata opinio

Iidem tamen & meminere tussis ex vitio & infirmitate pul-
 monis domestico, & totius corporis consensu, vitiosis inde
 confluentibus humoribus.

limitatur
 autoritate.

Perspicuus est locus Galenicus 6. epid. sect. 3. t. 17. Tabis
 duæ sunt differentiæ: una ex fluxionibus ex capite. 2. altera
 ex affectibus pulmonis, maximè post sputum sanguinis, potis-
 simùm vase rupto. 3. πολλὰί τις δὲ καὶ ῥοματιδένῃ & πνεύμονῃ
 Ἀγλινὰ ἀλλὰ αἰτίαν ἐκ μορίων ἑτέρων, ὅσα ἐκ τῆς κεφαλῆς, sæpe-
 numero fluxione irrigato & repleto pulmone aliâ de causâ ex parti-
 bus aliis, non ex capite, sed per modum raptûs à partibus κατὰ
 πότηξιν per colligationem resolutis.

verustatis,

Ballonius lib. 2. epid. & ephemerid. p. 238. Errant, inquit, qui ad
 caput tussis occasionem referunt. Quod irritetur ῥοματισμὸς
 aliquis in pulmonem aliunde, quàm à capite declarat ingens
 copia materiei, quæ excernitur in suppurato à casu. Vix enim
 credat aliquis, quanta illius materiæ copia evacuetur, quam
 non est credibile à capite manare, & tam citò ἐκπυηθῆναι, sed a-
 liis è partibus ad thoracicas affluit partes.

recentiorum

Helmontius pluribus in locis, negat itidem, à capite in laryn-
 gem aut truncum ejus seu tracheam, atque in pulmonem ipsum
 è capite aliquid decidere; sed potius tussis causam in pulmo-
 nibus esse domesticam i. e. vitio proprio in pulmonum canis
 hunc excrementitium humorem fieri atque colligi adserit, ex
 quibus postea naturâ adjutricem manum porrigente benefi-
 cio motionis violentæ ejiciatur copiosè & frequenter. Con-
 trà

B

trâ

trà saniùs sentire illos profitetur, qui ex bono pulmonis alimento phlegmata, à calore quodam, quem Vulcanum corruptorem vocat, fabricari proclamat. Catarrhus non est producentissim, ait, sed est productus vitio pulmonum. Caput est innoxium.

Vera sententia.

Nos per consensum crebriores fieri tussés dicimus. Consensus considerari potest vel ratione cerebri, vel totius corporis & cordis. Per consensum cerebri os cribrosum, aut cuneiforme translabantibus catarrhis nunquam. Per consensum totius creberrimè, vitiosis, qui per arterias narium & venas labi deberent, ad cor & pulmones conversis fiunt: vel ex naribus & palato per fauces delabuntur per laryngis rimam in pulmones.

Dubium resolvitur.

Et ex hoc solvi potest dubium, cur tussis non oriatur ab iis, quæ potu adsumuntur, quæ tamen itidem per fauces deferuntur. Illa pontem laryngis, epiglottidem dictum, dum tangunt, eundem deprimunt, ita ut nihil per ligulam seu rimam defluat, catarrhi autem lento gradu ad latera laryngis anteriora, etiam dormientibus influunt.

Rare tussés per essentiam.

Per essentiam, pulmonum alimento corrupto rarissimè catarrhi fiunt & tussés. Paucum omninò illud est; quod extussitur autem, largissimo fluit rivo, ita ut sæpe duplò proportionè alimenta superet esculenta & potulenta. Id sine consensu totius corporis materiam suppeditantis fieri nunquam potest.

CAPUT V

causarum seriem proponit, immediatæ, & mediatarum proximiorum.

Immediata,

IMMEDIATA est irritatio membranæ asperam arteriam incingentis.

Irritatio ab inequalitate.

IRRITATIO hæc fit, autore Galeno de simpl. facult. medicam. 2. cap. 17. ab ἀνωμαλία τῆς ἐπιπνεύματιδος, inequalitate quâdam vie spiritûs. Συμβαίνει δὲ τὸ κέρχνειν, ἀνωμαλίας τινὸς ἐν τῇ φάρυγγι σπυρισμῶν τῶν ἀφ' οὐραίου. εἰδισμῶν γὰρ τὸ πνεῦμα διὰ καθαρ-

egis

εἰς καὶ λείας αἰεὶ φέρεσθαι τῆς οἰδῆς, ἐπειδὴν προσκόπη τισὶν ἐξο-
 χαῖς κατ' αὐτῶν, κλόνον τέ πνα καὶ οἶον ἀνώμαλον σεισμὸν ἐργά-
 ζεται κατὰ τὴν φάρυγγα, καὶ ἔτιως ἐρεθίζεται πρὸς βῆχα τὸ ζῶον.
 ὡς περὶ γὰρ καὶ ἄλλα πολλὰ σωτηρίας ἐνεκα τοῖς ζώοις ἡ φύσις ἐνα-
 περγάσασθαι τὸ σύμφυτον πάθη, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ πιαρμόν, καὶ
 βῆχα. πιαρμόν μὲν ὑπὲρ τῆς διώσεσθαι τὴν κατὰ τὰς ρίνας ἐρεθί-
 ζοντά τε καὶ λυπῶντά. βῆχα δὲ ὑπὲρ τῆς κατὰ τὴν φάρυγγα.
 Contingit autem ad tussim impetum fieri inaequalitate quadam in gut-
 ture præter naturam proveniente: quippe cum spiritus per puram le-
 vemque semper ferri viam consuetus, si quando in eminentia quadam
 impingat, quassationem quandam ac velut inaequalem concussionem
 in gutture efficit, atque ita ad tussim animal provocat. Nam ut alias
 quoque multas natura hominibus salutis gratia ingenitas indidit pas-
 siones, ad eundem modum & sternutationem, & tussim. STERNU-
 TATIONEM quidem, uti ea quæ in naribus infesta molestaque sunt, pro-
 pelleret: TUSSIM verò, ut quæ in gutture.

Ab EXTERNA etiam membranâ pulmonum irritatâ na-
 tura ad tussis motum irritari potest.

MEDIATÆ causæ PROXIMIORES à Galeno loco citato, Mediate
 duæ constituuntur: exasperatio membranæ, & inæquale ali- cause duæ:
 quod corpus. διπλή δὲ ἐστὶν ἡ ποιαύτη διαίρεσις, ἢ αὐτὸ πρὸς τὴν δε- exasperatio
 τηρίαν ὑμῶν & ἀναξηρανομῶν τε, καὶ τραχωμῶν, ἢ πιν & in- simplex & in-
 εἰνώμαλιν ἐν αὐτῷ φερομῶν σώματι, εἴτ' ἐν ὑγρῶ τὴν φύσιν, εἴ. pus. equale cor-
 τε καὶ στεραῖς. Duplex, inquit, ea est affectio, aut resiccata exaspera-
 tione, quæ in arteriâ est, membranâ: aut inæquali in eâ corpore delato,
 sive id liquidum sit, sive solidum.

Ποτὲ μὲν ἀρχεται, ait Trallianus lib. 5. cap. 1. ἀπὸ τινὸς δυσκρα- Intemperies
 σίας; ποτὲ μὲν καὶ ὑλῶν σιωίσαται. Nonnunquam ab intemperie materialis.
 quadam; nonnunquam à materia inducitur. Immateria-
 lis.

INTEMPERIES FRIGIDA positiva primum obtinet lo- Frigida.
 cum, in quâ tamen parum exspuitur. Hanc confirmat Hippo-
 crates 5. aphor. 54. dum inquit: Τὰ ψυχρὰ, οἶον χιῶν, καὶ κρύσταλλα &
 τῶ σιδή πολέμια, βηχέων κινήματα. Frigida, nix, glacies, pectori inimi-
 ca, tusses moventia.

Calida,

CALIDA intemperies repentina, dum inæqualitatem facit, etiam tussim excitat, sed minorem, qualis in febribus ardentibus contingit, quæque, ut ait Hipp. 6. epidem. sect. 2. t. 24. est arida, ut parum irritans, quæque non fit nisi quando loquitur aut hiat. Quando verò non loquuntur, neque hiant, non tusfiunt.

Sicca,

SICCA intemperies præcipuè cum frigiditate juncta exasperando irritat, & tussim excitat. Talis post vocis intentionem oritur.

humida,

HUMIDA, licet qualitas sit parum activa, suum tamen nonnunquam confert.

Materia, quæ cum intemperie conjunguntur, sunt vel corpulentæ vel vaporosæ.

Vaporosa.

VAPOROSÆ elevari possunt ex materiâ contenta extrâ thoracem in hypochondriis, vermibus in intestinis, ac hæ sunt ut plurimum siccæ.

Corpulenta.

CORPULENTÆ quæ cum intemperie conjunguntur, describuntur à Galeno 2. de sympt. causis cap. 4. ὅσα μὴ θ' ὑδατώδη μήτε γλίχρα τὴν ἐσίαν ἐστὶ, τὰ μὲν γὰρ ὑδατώδη διὰ τὴν λεπιοτήτα, πειχίζονται τῷ πνεύματι μακρόν, ἢ πρὸς ὠφέρεται, τὰ δὲ γλίχρα τὴν δετηρίας ἀντίχεται δυσπολύπως. ὅταν ἔν ποτὲ τοιούτοις ὑγροῖς τὸ πνεῦμα διαγωνίζηται, πάνυ πολλάκις ἐμπίπῃ βιαίως, καὶ αὐτὸ σφοδρῶτα τὴν καὶ μετὰ σωτονίας πλείστης γινόμεναι βήχες ἐπὶ τοιούτοις αἰτίοις συνίσταται. *Fiunt nec nimis AQUOSÆ, nec GLUTINOSÆ substantiæ. Aquosa nimirum propter tenuitatem, à spiritu diffecantur; quam ultra deferuntur. GLUTINOSA pertinaciter arteriæ adherent. Quoties ergo spiritus cum ejusmodi humoribus contendit, omninò sæpè violenter se injicit, fiuntque ex hujusmodi humoribus plurimæ tusses, & vebementes, nec sine magno nisu.*

Materie recensentur.

Recenset etiam in specie has materias, quas, cum spiritui obstaculo sint, per tussim rejicere conatur, & primo loco ponit ὑγρὸν κατὰ φερόμῃνον διὰ τῆς κεφαλῆς, ὡς ἐν κατάρροις, humorem aliquem à CAPITE descendentem, sicut in catarrhis: secundò, κατὰ

τα

τὰς τραχείας δὲ τῆρας ἀθροίζονται, ὡς ἐν περιπνευμονίαις τὴ καὶ
 πλῆθεισι, καὶ ταῖς τῶν κυρτῶν ἔκτασι Φλεγμοναῖς, ἢ ταῖς τῆς
 Φάρυγγος τραχύτησιν, in ASPERIS ARTERIIS aliquid collectum,
 velut in peripneumoniâ ac pleuritide, imò gibba jecoris partis inflam-
 matione, vel faucium asperitatibus.

34

Humores tussim excitantes etiã ex TOTO CORPORE
 AD PULMONES nonnunquam transmittuntur. Impossi-
 ble enim est in pulmonibus eos in tantã copiã generari ab ex-
 crementitiis superfluitatibus, nec etiã à cerebro defluere
 queunt, sed verisimilius est per circulationem cum sanguine
 venoso naturam se quasi in cloacam exonerare.

CAPUT VI.

Paracelsi & Helmontii opinio.

Paracelsus tussim esse morbum excrementalem docet, & ori-
 ginem suam trahere ex Fro, seu mucagine lutosã, sive illa
 frustratã separatione & expulsionem in pulmonibus & viis spiri-
 tũs proveniat, sive in formã resolutã liquidã vel vaporosa ab
 aliis transmittatur.

Paracelsus
 Tartareum
 vocat mor-
 bum.

Hic Tartarus mucosus partibus adhærens, magis magis-
 que vi caloris siccescit & crassescit, ac superventu spiritus sali-
 ni in viscum, arenam, bolum, calculum sæpè concrescit.

Dùm lateribus pulmonum, ceu spondyliis alicujus vasis,
 adhæret, & meatus vel obstruit, vel irritat, à spiritibus pulmo-
 nis mechanicis separatoriis & expulsois sursum per emun-
 ctorium proprium, asperam arteriam rejicitur.

Sed hæc Paracelsi de Tartaro sententia non videtur cla-
 rior reddere doctrinam de causis tussis.

Ἐπίκλειος

Helmontius lib. custos errans, t. 33. tussim oriri docet ex sen-
 su noxii infestantis laryngem, in suo initio, usque in pulmo-
 num profunditatem. Infestant nempe fumi, fuligines, exha-
 lationes acres minerales, vapores uliginosi fœtidi. Superat
 demum vim hospitii frigus atrox, quasi tendens ad extinctio-
 nem hospitis vitalis. Tussis est effectus sensationis, etenim

Helmontius
 tussim ad-
 scribit vitio
 pulmonum
 proprio.

mox atque spiritus partibus illis infitus gravatur molestiâ forinsecus, statim custos suo fungitur munere.

Pluribus etiam ostendit & confirmare conatur, *Asthma & Tussis, inscripto libro t. 65. & seqq. ad 68. p. 377.* Tussim nunquam oriri mucî è capite in pulmones decubitu.

Idem adstruit eodem libro t. 2. 3. & 4. p. 364. tussim fieri, non quod quicquam decidat à capite, verùm quicquid tussis rejicit, id fieri in canis pulmonum vitio proprio. Hactenusque fuisse erratum ait propter ignorantiam partis mandantis, patrantis & recipientis, & propter materias modique fiendi incogitantias. Undè non mirum, quod & in sanando actum nihil. Quippe capiti adhibita remedia, ne faceret, neve mitteret, vel sponte propriâ laberetur in pulmonem materia, quæ nunquam in capitis fuit potestate. At penes ipsum pulmonem constanter fit. Steterunt ideò ægroti derelicti, quod omnis medentum cura versetur partim circa insons in hóc morbo caput, partim circa præcautionem, atque faciliorem sordium ejectionem, non autem circa emendationem illius Vulcani corruptoris, qui fabricat ex bono PULMONIS ALIMENTO præfata phlegmata.

Libro, catarrhi deliramenta inscripto p. 436. t. 38. ne unicam guttam ejus, quod è cerebro ad fauces defluit, ad pulmonem intrare, scribit, quin prius suffocationis metum ad quamlibet guttam suscitaret, &c.

Επιχειρισ.

Quæ hîc proponit Helmontius, partim sunt vera, partim falsa.

Vera quædam.

VERA sunt, ex cerebro non suppeditari illam materiam tussi ejectam.

Falsa quædam.

FALSA, quod vitio & infirmitate pulmonum talem materiam generari statuat. Eadem ipsum urgent incommoda, quæ priori sententiæ opponit, nempe impossibile esse in illo spacio tam angusto tantam, quæ extussitur, ex corrupto alimento coaceruari posse.

Probabilior sententia, ex toto corpore per arterias affluere.

CAPUT VII.

mediatæ remotiores causæ, i. naturales.

Referri queunt priores ad res naturales, non naturales, & præter naturam.

INTER NATURALES referri potest **INCLINATIO** & *Naturalis* propensio ad tussim, **HOMINIS** præ aliis animalibus, & quod *propensio.* tussis videatur soli homini propria. De ratione sollicitus *Philosophus* seēt. 10. probl. 1. quærit: *Διά τι τὰ μὲν βήτη, τὰ δ' ἄ. οἷον ἀνθρώπων μὲν βήτῃ, βὲς δ' ἄ. quare hæc quidem animalia tussunt, illa non? ut homo tussit, bos minimè.* Et **RESPONDET**, πότερον τῶν εἰς ἄλλό τι πρέπειδαι τοῖς πλείστοις ζώοις τὸ πείτωμα, ἀνθρώπων ἢ δειρο; ἢ ὅτι ἐγκέφαλον πλείστον καὶ ὑγρότατον ἔχει ὁ ἀνθρώπων; ἢ ἢ βῆξ κατὰ ῥέοντα γίνεται φλέγματα. *Utrum quod cæteris maximâ ex parte excrementum aliorum se vertit: homini autem converti eò natura voluit? An, quod homo maximum humidissimumque cerebrum continet. Tussis autem pituitâ destillante fieri solet.*

TEMPERAMENTUM nativum pulmonum, & totius corporis frigidum & humidum, pituitosum, est ferax tussium. *Temperamentum.*

ÆTATEM PUERILEM in tussim proclivem notat *Cous 3. Ætas pueri-aphor. 24.* *Εν τῆσιν ἡλικίῃσι τοιαύτη συμβαίνει. τοῖσι μικροῖσι καὶ νεο-γνοῖσι παιδίοισιν, ἀφθαι, ἔμετοι, βήχες.* *Per ætates hæc accidunt, parvis quidem ac recens natis puerulis oris ulcera, vomitiones, tusses.* Calidi sunt infantes & humidum, in supremo gradu, quem quidem natura in hâc fragilitate admittit, plurimorum alimentorum indigi, ut indicat *lib. 1. aphor. 14.* inde & excrementorum proventus major.

SENILEM ætatem tussiculosam innuit *libri 3. aphorismus 31. Senilis.* *τοῖσι ἢ πρεσβύτησι δύσπνοια, κατὰ ῥοι βηχῶδες, senibus accidunt spirandi difficultates, destillationes, tussim adferentes.* Senes proclives sunt ad tusses, non temperamento nativo, quod siccum est & frigidum, sed adquisito; ob caloris infirmitatem enim congeruntur excrementa. Per senes *loco citato* non intelligit proprie

Habitus corporis densus.

priè dictos *πρῆσβύτας*, sed *γῆργυλας*, ut monet Galenus in comm. HABITUS corporis densus non mediocri momentum confert, ob *Ἀναπνοῦ* *transpirationem*, quæ humores tenues acervat, prohibitam.

CAPUT IIX.

non naturales causæ.

Aer frigidus hyemalis.

AER frigidus HYEMALIS hîc locum habet. *τοῦ ἡ' χειμῶν* *βῆχες* *hyeme tusses* 3. *aph.* 23. Ob refrigeratum caput gravedines, tusses excitat hyems, autore Galeno in commentario. Refrigeratur etiam hyeme totius corporis habitus, & *Ἀναπνοῦ* *transpiratio* impeditur, sicque hyemis injuria fidem sanitatis plerumque sollicitat, autore Symmacho *epist.* 100.

Aquilonia constitutio.

AQUILONIAM constitutionem accusat *Cous* 3. *aphor.* 5. *ἡ ἢ βορρῶν ἢ βῆχες, Φάρυγγες.* borealis temporis constitutio si adsit, tusses, faucium molestia. Non id facit SANIS aquilo modestus, & justum mensuræ suæ tenorem referens, siccam aeris frigiditatem corporibus adspirans: sic enim sanitati vigorem potius confert, calori innato ac spiritibus cujusvis facultatis robur aspirans, appetitum bonum & concoctiones laudabiles, absque suspectâ impuritatum, materiæque putrescentis accumulatione perficiens. Ita Galenus in commento: *ἐν τοῖς βορείοις σωίσταται τὰ σώματα; καὶ εὐθῆνα, καὶ εὐκίνητα, καὶ εὐήκοά τε γίνονται.* Aquiloniâ tempestate coguntur ac firmantur corpora, & robustiora vegetioraque fiunt, expeditiona item & alacriora promptioraque ad motum evadunt.

In infirmos solum dominatur.

IN INFIRMOS itaque solum sævit, in iisdemque tusses excitat. Innuit id ipse *Cous* paulò post, inquit: *ὁ νόσος οὗτ' εὐθῆνα, καὶ εὐκίνητα, καὶ εὐήκοά τε γίνονται.* cum hic ventus prevaluerit, talia IN MORBIS expectare oportet. Causarii ergo & qui levi de causâ lecto decumbunt, frigore & gelidorum imbrium inhumanitate, vehementiâ contumacium, diu perseverantium, & serenâ aeris sinceritate carentium, solum offenduntur.

MO-

MODUM OFFENSIONIS addit Galenus in comm. ἐν τοῖς βορείοις γίνονται βῆχες διὰ δυσκρασίαν δηλονότι τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων. καὶ διὰ τὴν τραχύτητα τῆς φάρυγγος. Aquilonio statu fiunt tusses propter instrumentorum respirationi servientium intemperiem, & faucium asperitatem inæqualitatemve.

Modus & Galeno assignatus recipitur:

A Guilielmo Plantio, in margine commentarii Galenici assignatus modus: Fiunt per accidens tusses, Aquilone plenius ce- rebrum constringente, & humiditatem in partes subjectas exprimente; non meretur ad sensum.

Plantianus rejicitur.

INÆQUALITAS aeris tusses movet ratione temporum anni considerata. ἢ τὸ θερινὸν αὐχμηρὸν καὶ βορειον γίνονται, τὸ φθινόπωρον ἔπομβρον καὶ νότιον, κεφαλαλγία τε εἰς τὸν χειμῶνα γίνονται καὶ βῆχες, καὶ βρογχίτοι καὶ κόρυζαι. Si aestas sicca & Aquilonia, autumnus verò pluvius admodum fuerit & austrinus, dolores capitis hyeme fiunt, & tusses, raucitates atque gravedines. Ita

Aeris ἀνωμαλία tussium mater, temporum anni ratione:

Cous 3. aphor. 13.

Certorum paucorum dierum ratione etiam ἀνωμαλία noxia. Cum Austri per XIV. dies viguissent, subito tempestas calida & humida ingruens tussium genitrix erat contumacium.

Paucarum dierum ratione.

Serenissimus Saxoniae Dux Fridericus, post sanguinis sputum, ex libero aere in hypocaustum se conferens, statim tussi corripiebatur humidâ, serosâ, incessabili. Diversas itum in sententias. Vera causa ἀνωμαλία inæqualitas aeris afficientis membranam asperæ arteriæ.

Paucorum horarum ratione.

Primarius vir animi gratiâ in suburbanum se conferens, frigore hyemali intensissimo, libero in aere, nullam patitur tussim. Domum redux hypocaustum ingressus statim tussim siccam sentit, eamque molestam. In causâ inæqualitas aeris eadem. Remedium molestiæ præbet egressus ex hypocausto. Ad priorem frigidam membrana aspera redit intemperiem. Id verò singulare est: ex calido hypocausto egressus, frigidiori, etiam frigidissimo se exponens aeri, nullam à tussi sentit molestiam. Ex contrariis in contraria molesta est permutatio.

2.

CONTAGIOSA tussis nonnunquam est. Tussiens in faciem

Contagiosa tussis.

C

ciem alterius halitum suum, inficere potest eundem, communicatis atomis aereis, mala qualitate, interdum etiam animato feminio prægnantibus.

Exhalationes salinae Spirituose.

Exhalationibus spirituum & salium cornu cervi, alcis, elephanti, & sanguinis cervi aer gravidus ex angusto vitri orificio naribus exceptus, quamprimùm pulmones intrat inspiratus, tussim excitat officiosam & negociosam. Atomos illas salinas inæquales conformes hexagonas exasperantes ferre nesciunt membranæ pulmonum vesiculæ.

Fumosus, atomisque lini imprægnatus aer, Influentia caelestis tussiculosa.

Crassis FUMIS aer inquinatus & præcipue atomis LINI, cum pectinatur, & veteris tritici, dum excutitur, huc facit.

SIDERUM caelestium influentiis alteratus aer tussiculosus, epidemias nonnunquam excitat tusses. Cum est in cancro, maximè circa plenilunium, vel uno aut altero die post, tussientes & asthmatici aggravantur. Luna enim plena corpus phlegmaticis humoribus replet, imprimis pectus, cui dominatur 69.

CAPUT IX

motus, somnus, alimenta.

ἡ κίνησις τῶ σώματος. ὁ δ' ὕπνος.

Alimenta solida, & liquida, peccantia motu.

Illustratur ex Galeno.

MOTUS corporis immodicus sæpe ad tussim disponit. IN SOMNO decubitus supinus in nonnullis excitat tussim.

Τὰ προσφερόμενα assumta sive sint alimenta sive potulenta aut medicamenta, huc faciunt. ALIMENTA cum non rectâ viâ super epiglottidem ceu pontem, in œsophagum, sed per rimam laryngis in arteriam asperam illabuntur, quod inter incompositos sermones, risus, aut incuriosam deglutitionem, in infantibus etiam inter sugendum sæpe contingere solet, excitant tussim IMMEDIATE. καὶ ἄρα τὸ μόνον σμικρὸν, inquit Gal. lib. 2. de simpl. medic. facult. cap. 17. ἢ τινὸς ἄλλης τῶν ἐδεσμάτων, ἀκόντων ἡμῶν, ὡδραράμη πὸτ' εἰς τὸν τῆ πνέματ' ἰόντον, ἀναγκάζομεθα βήσαι, καὶ πνόντων ἡμῶν ἀθρόον τι ὡδάρρη τῆ πνέματ'.

μαίθη, ὁμοίως ἐρεθίζεται καὶ βήχα προκαλεῖται. παρεθεῖται μὲν γὰρ αἰεὶ τὴν κατὰ πλὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν εἰς τὴν πνεύμονα τῆς πνοῆς σμικρὸν ἔστω, ὡς ἀναρπάττει τὰ πρὸς τῶν ὀργάνων αὐτίκα καὶ διαδίδοσθαι πάντῃ ῥαδίως. ἔτι μὲν ἔδιδεται γὰρ αἰθρόον ἔδαμόδι κατὰ τὰς ὁδὸς τῆς πνοῆς, ἔτι ἐρεθίζεται πρὸς βήχα τὸ ζῶον, ἐπειδὴ δὲ ἦτοι τῆς πλεον, ἢ ἄλλο τί τοῖς τὸν, ὑγρὸν ἢ στερεὸν σῶμα κατὰ πλὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν ἐμφέρειται βήθειν ἀναγκαῖον ἤδη τὸν πνεύμονα, ἄχρη πρὸς τὴν σφοδρότητά τῆς πνεύματι ἐκβρεθῆ τὸ λυπῶν. *Seu raris MICULA aut alterius cuiuspiam edulii, nobis invitis in spiritus meatum decidat, tussire adigimur; seu BIBENTIBVS affatim, ipsius potus quippiam eò influat, similiter irritamur, atque ad tussim compellimur. Percolatur enim perpetuò per asperam arteriam in pulmonem ipsius potus tam exile quippiam, ut protinus ab instrumentis raptum per facile quocunque distribuatur, nec tamen uspiam acervatim in spiritus semita consistat, neque animal ad tussim irriter: at ubi vel id ipsum plusculum, vel aliud quodpiam seu liquidum, seu solidum corpus in asperâ defertur arteriâ, jam inde tussire necesse est, donec à spiritus vehementia quod molestat propulsatum ejiciatur.*

MOTU etiam peccat cibus & potus, cum inter sermones, risus, & incuriosam deglutitionem, illapsa in rimulam laryngis, suffocationis calamitatem minantur, tussimque excitant inopinatam. Idem præstat lac avidè sugenti infanti per rimam laryngis asperæ arteriæ communicatum.

Præterea ad tussim alimenta disponunt salsa, acria, cum ex illis acres generantur humores. *Tulpius lib. 4. observ. med. cap. 20.* refert, ex acri limonum succo & quotidiano sex plus minus ad uncias potu molestam tussim excitatam fuisse in quodam ICTO.

PINGVIA, oleaginosa, cortice sicco & pulverulento prædita, sicca comesta, ut amygdalæ non decorticatæ, nuces juglandes vetustæ, nonnunquam rancidæ tussim excitant.

POTIO frigida aquæ, vel simplicis, vel nive aut glacie exterius vasis applicitæ, βηχική. *Frequentes hæ Romanorum*

Salsa & acria alimenta qualitate suâ tussi patrocinantur. Pinguia.

ἢ ψυχρῶ πόσις.

& Neapolitanorum, vinum nive diluentium, & potionis suæ rigorem fractâ insuper glacie renovantium luxuriæ, noxæ ac-
cusantur.

*Evacuatio-
nes suppres-
se feri,*

EVACUATIONES suppressæ tussim inducunt. Adnota-
vit *Mercatus lib. de morbis puerorum cap. 8.* in pueris contingere
catarrhum aliquando à vitio & imbecillitate renum non attra-
hentium serum. Inde fit, ut illud sursum per vasa transfera-
tur ad pulmones.

Saliva.

Salivalis liquor, Whartoniano & Stenoniano ex ductu e-
manans, si non ritè exspuatur, vel deglutiatur, sed per laryn-
gem ceu per *Ἰσθμόμιον* in asperam arteriam incidat, asperam ar-
teriam ad tussim concitare potest.

CAPUT X

rerum præter naturam, folles naturæ,
necessaria humanæ vitæ, & biolychnii
ventilabra, ad tussim concitantium
enumeratio.

*Sanguis ex-
tra venas
propulsus,
vel pus.*

PRÆTER antè enumeratas, variæ tussim excitant causæ. SAN-
GUIS ex vase pulmonum rupto, vel exeso exiens, vel PUS
inde collectum sæpe in phthisicis tussies movet. In inflamma-
tione pleuræ systrophicâ sanguis incensus & inflamatus stimu-
lat pulmones ad excretionem, non solùm, sed etiam inflamma-
tione & exulceratione pleuræ communicatâ, membranulâ
pulmonis erosâ, purulenta saniosa materia tussi *ἀνακαθάρσει*,
sursum ejicitur.

*Aliena to-
to genere
præter na-
turam.*

In pulmonibus sæpe generantur aliena tussies excitan-
tia.

Grando.

A GRANDINE diuturnæ excitatæ tussis meminit Gale-
nus lib. 4. *περὶ τόπων παχόντων. cap. 8.* βήτων τις ἐκ χροῦς πολλῆς,
καὶ πύων ὀλίγα καὶ γλίχρα, χαλαζίων μικρῶν ὡς ἀπολήσιον ἀνέ-
βηξέ

ἐξέτι καὶ μοι κημόσας ἔδειξεν αὐτό. καὶ πάλιν ἔπερον ὁμοιον ἔμ
 πολλὰς ἡμέρας. ἔδοκει δὴ μοι ξηραίνοντα ὁ γλίχρον ἐκείν
 χυμός, ἐν ἀνέπιυσεν ἔμπεραθεν, εἰς τριάντῳ σύστασιν ἔρχεσθαι. καὶ
 Δρατῆτ' αὐτῷ φάρμακα ἔδιδεν πίνειν ὅπῃα καὶ τοῖς ἀσθματικῶς
 ἀρμόζει. καὶ πίνων γε αὐτὰ, ἐλάττονα μὲν ἔπιυεν τὰ χαλάζια, καὶ
 Δὲ πλειόνων ἡμερῶν ἢ περὶθεν, ἔμω ἐπ' αὐτὰ τὸ γε πολλοῖς ἔπιν
 πάχων ἔτως ἄχρι τῆς πλάτης. μεγέθει ἢ ἢ τὰ χαλάζια τοῖς
 καλὰ μὲν οἰσὶ ὁρῶσιν ἴσα, κατὰ τὸ πλείον, ἔστι δὲ ὅτε, καὶ μείζω τέ-
 των, ὡσπερ γε καὶ μικρότερον. *Quidam diuturnâ tussi vexatus, &*
exiguum lentumque pus exspueus, frustum quoddam parvo grandi-
nis grano haud absimile exscreavit, ac deferens mihi illud ostendit, at
que rursus non ita multo post aliud quoque attulit: unde conjeci
lentum illum humorem, quem ante à exspuere solebat, siccatum indu-
ratumque ad hujusmodi substantiam pervenisse. Quamobrem ei me-
dicamentura dedi in potu, quod asthmaticis auxiliatur: atque ita
factum est, ut MINOREM expueret GRANDINEM, atque lon-
giori quàm ante à intervallo. Cæterum grandines ipsæ magnâ ex par-
te erui magnitudinem æquabant, quamvis interdum majores, inter-
dum minores esse viderentur.

CALCULI nonnunquam tusses excitant. ἔδοξε γὰρ ἐμοί, *Calculus adsi-*
gnatur à
Tralliano.
 gratiosè Trallianus libr. 5. cap. 4. ξηρὸν εἶναι καὶ θαυμαστὸν, *visum mi-*
bi peregrinum & admirabile. ἐκπιυσέλις ἀνὴρ λίθον τινὲν ἰδέσθαι ἀκρ-
 ῶς, ἔχει παχυν χυμὸν καὶ γλίχρον, ἀλλ' ὅλως λίθον, ἔτραχυν,
 ἀλλὰ καὶ πᾶν λεῖον καὶ σκληρὸν καὶ ἀνέπτυπον, ὡς καὶ κίβρον ποεῖν
 ρυπτιόμωρον τῇ γῆ. ἔτ' ὁ ἀνὴρ πολὺν χρόνον ὀχληθεὶς ὑπὸ τῆς
 βηχὸς, ὅτε ἠδυνήθη ἔβησεν ἰχυρῶς ἀπαλλαγήναι, ἕως ὅτε τὸν
 λίθον ἀνέπιυσεν. *Vir quidam calculum exquisitè figuratum exspuit,*
non crassum humorem, & viscosum, sed reverà calculum: non
asperum, sed etiam valdè levem, durum & renitentem, ut in ter-
ram quoque projecit, sonum ederet. Hic vir longò tempore tussi
vexatus, non potuit, ne valdè tussiret, liberari, quousque calculum ex-
puiisset.

Johannes Schenckius observat. medicinal. lib. 2. multas ha- *Schenckio.*
 bet

bet historias calculorum variæ formæ & coloris in pulmonibus genitorum, tussim, laterum dolores & sanguinis sputum excitantium.

Confirmatum.

1.

Oculis nostris obversatur vel etiamnum vir magni nominis, qui ante aliquot annos tussi excrevit lapillos non magnos quidem, sed qui lenticulam tamen æquarent: colore candidissimos, substantiâ tophis, qui podagricorum articulis in nasci solent, perfimiles.

2.

Civis Vinariensis continuâ tussi, aliquot septimanarum spacio affligebatur. Excernebat vesicas exiles, ichore sanguineo plenas: tandem plures unâ nocte. Liber evadebat. Fortè erant portiones vesicularum nunc demum repertarum.

Hydrops tussis
autor 6. aph.
35.

HYDROPS tussis autor. Οκρόσιον δὲ τῆς ἥπατος οἱ ὑδρωπες γίνονται, βήχες καὶ θυμὸς ἴσθι. Quibus ab hepate natus hydrops est, his tussis & tussiendi cupiditas. Oritur tussis completa, & incompleta θυμὸς dicta, sed ἀπλὴς sicca ea, ab aquâ aluente diaphragma, idemque irritante, parte etiam tenuiori transfudante, & pulmonum membranas irritante.

Vermes
βηχικοί.

VERMES in intestinis contenti tussim excitare videntur, in infantibus & pueris, partim ut veteres sentiebant, vapores putridos ad cor & pulmones, quod in circulatione facillè fieri potest, emittendo: partim etiam, si in ventriculo moras necant, membranas ventriculi vellicando. Hæc post asperam arteriam incingentem membranam trahit in consensum, & sonare costas facit.

CAPUT XI

differentias proponit.

Generis ratione.

EX diætis hæ innotescunt.

1.

vehementia.

I. GENERIS ratione, alia tussis est intensa, communi modo, quæ etiam suppressionem non admittit: alia excessiva, QUINTA dicta, cum sonitu acuto: alia OVINA Schaffhust/ cum rauco quodam clangore. Levis alia est, impetus seu initium. Autore Galeno 2. de causis sympt. cap. 4. vocatur κέεχι.

2. modi.

Alia βήξ ipsa tussis, alia θυμὸς tussiendi cupiditas dicitur,

tur, cum incipimus, sed ob dolorem partis alicujus cohibemus.

Alia est βήξ ξηρὴ ἀπύσθη, sicca quæ ἀπύσθη facit ægros, ^{3. materie.} nec pituitam citat, ut habet *Celsus lib. 4. cap. 14.* Nihil ἀξιόλογοῦ hinc excernitur, sed irrita natura se torquet conatu. Germanis Schaffhueste. Alia ὑγρὴ, πολύπυση, ^{4. qualitatis,} humidida.

Crasiam alia ejicit materiam, alia tenuem, quæ effæminat ^{4. qualitatis,} sputum καὶ τὸ φλέγμα ἐκποθηλυσμῶν *pituitam effæminatam*, quæ non facilè procedit, ostendit.

Alia cum sputis est inæqualibus, laceris, angulosis, alia ^{5. figura respectu.} æqualibus rotundis, ad vesicularum formam effigiatis. Observavimus ejecta ovorum carpionum, milii, seminum papaveris ideam referre.

DURATIONIS ratione, alia recens, alia inveterata: alia ^{6. durationis.} continua, alia per intervalla accedit.

MORIS respectu, alia benigna, alia maligna contagiosa, ^{7. moris respectu.} imò nonnunquam epidemia.

II. SUBJECTI ratione alia primigenio affectu pulmonum fit, collectis & congestis ibidem humoribus. Alia lege ^{Subjecti ratione.} consortii oritur à toto corpore suppeditatis vitiosis humoribus.

III. CAUSÆ ratione, alia vaporosa, alia corpulenta, ea ^{Causæ ratione.} que iterum, calida vel frigida, crassa vel tenuis, insipida vel salfa. Defluxio ad pulmones in tussi omnis à carnibus: & fovetur vel à calidis, vel à frigidis: à calidis per *ἀνάχυσιν καὶ σωτήξιν* *fusionem & colliquationem*, à frigidis, per analogicam expressionem.

CAPUT XII.

signa diagnostica expenduntur.

Diligenter proponit ea *Trallianus libro 5. cap. 1.* & quidem

I. GENERIS ratione, adeò evidens est tussis, ut alienis ^{1. generis ratione vulgaris.} indiciis non indigeat. TRIA celari nequeunt: amor, scabies, tussis.

QVINTANA tussis pueros quæ ad oritur quadrimestres ^{Quintana.} &

24 CAPUT XII. GENERIS, SUBJECTI, CAUSÆ RATIONE.

& decimestres, gravibus se prodit symptomatibus. Pulmo ita irritatur, ut omni contentione nitens excutere id, quod molestum est, nec admittat spiritum, nec vicissim facile reddat. Inde intumescere & quasi strangulabundus æger mediis hærentes faucibus voces habet, acutissimos edens sonos.

Obine.
2. Subjecti.

OVINA tussis raucedinem habet junctam.

II. SUBJECTIATIONE. Primigenia tussis indicatur, si nulla aliarum partium affectionum adsint signa. Per consensum narium oriri tussim, aut fauces materiæ tussim excitantis emissarium esse, argumento est, ἐρεθισμὸς καὶ γαργαρισμὸς πρὸς τὴν σαφυλῶν, irritatio & gargarismus circa gargareonem.

3. Causarum,
intemperiei
calidæ,
sicca,

III. CAUSARUM RATIONE Διάγνωσις summè est necessaria. Sin oriatur Διὰ τὴν θερμὴν δυσκρασίαν, calor in toto corpore percipitur, frigidum ægri desiderant aërem. Si intemperies illa sit sicca, nihil exspuunt, & si exspuunt, illud falsum est: præcessere causæ calidæ.

frigida,

Διὰ τῆς ψυχρῆς δυσκρασίας, à frigidâ intemperie si sit orta, cohibito spiritu non solum reprimitur, sed sanatur, teste Galeno 2. de caus. sympt. cap. 4. nisi sit valde vehemens. βιαῖοι βῆχες violentæ tusses quidem cohibitione spiritûs non vincuntur, sed solæ ex intemperie. A refrigerantibus offenduntur, ὀνήνανται δ' ὑπὸ τῶν θερμαινόντων, juvantur à calidis.

Intemperiei
materiales
in genere.
Catarrhi,

καὶ ἐπὶ ῥύτον ὑλῶν ἐπιγνομύαι βῆχες, ab influxu materiæ orta tusses ex copioso sputo innotescunt.

Sin à catarrho è naribus retrogrado, vel è faucibus delabente, adest, ἐρεθισμὸς καὶ γαργαρισμὸς πρὸς τὴν σαφυλῶν, ejus signa oculis observantur, ut antè dictum.

In pectore co-
acervationis.

Si à materia in pectore coacervatâ, præcessit vel sputum sanguinis, vel adest pleuritis, phthisis, empyema, peripneumonia, hydrops pulmonis.

In specie cu-
jus humoris.

A quâ materiâ fiat, etiam sciendum. Si sanguis, rubrum est, quod exspuitur: si pituita, album: si cinericium petens fundum, est purulentum.

an qualitate
peccet, an
quantitate.

An hæc materia solâ qualitate peccet, an etiam quantitate, patet, quod vel sit salsa, acris, vel multa insipida. Ex hypochon-

chondriis si materia communicetur, hoc habet peculiare, quòd maximè irritatur adsumto cibo tussis.

CAPUT XIII

proponit prædictionis fontem, salutis & mortis ratione.

ΠΡΟΓΝΩΣΙΣ SALUTIS & MORTIS primum obtinet locum, quæ petitur à

I. GENERIS ratione. Tussis levis minimè laboriosa, ad quam insequitur facilis sputi eductio & levamen: validâ existente virtute semper laudabilis. Per eam pulmones ἀνακαταργεῖται, per sputum evacuantur. Hæc omni caret periculo, quin imò salutaris est, & à pluribus morbis præservat, dum catarrhos & materiam ab imbecillitate nativâ congestam, vel ex toto corpore affluentem eliminat.

Levis & insequitur
pulvis.

VEHEMENS, inprimis Quintana naturam valde gravat, in adultis ciborum vomitum, sanguinis sputum, ob venam in pulmonibus ruptam secum vehit. Tenellam ætatem cum invadit, alterum ipsis nutrimentum somnum suffuratur, & sæpe hernias excitat.

Vehemens
periculosa.

BONA, est cum critica, signum enim est evacuationis decretoriæ. Aliàs præcipue vetusta est mala in ratione CAUSÆ, succussu & excussu lædit pulmonem, & nonnunquam prodromus minimè fallax, prænunciat sputum sanguinis. In aliis affectibus tussis est mala in ratione SIGNI, quia aut vitium partium, à quibus manat fluxio, aut humoris malitiam notat, caput replet, pulmones calefacit. Magnificienda, cum humida evadit sicca: notat enim sputum retineri & delitescere. Id in tabidis lethale signum imminentis suffocationis. Tussis ergo talis primò humida, post sicca lethalis. Inde Galenus etiam grandinosam tussim lethalem pronuntiat.

Critica bona
est.

Symptomati-
ca mala.

MATERIÆ EXCRETÆ ratione, variat etiam periculum. τὸ σιᾶλον ἡμισυπὲς, ἐκτεθηλυμένον, sputum non absolutè coctum & mitificatum, semiputrefactum, effæminatum, divulsum, dissipatum, nihil compacti habens, nec facilè procedens, pravum.

Sputum diffi-
cile pravum.

D

II. SUB-

Variat periculum ratione partium affectarum.

II. SUBJECTI ratione tussis, quæ ex vicinarum partium consensu oritur, per se periculosa non est, sed sublatis morbis eorumque causis tollitur, ex accidente tamen pravum præbet signum in hydrope & ægris incurabilibus, nonnunquam commoritur. Imò lethalis illa tussis censetur, aqua enim in thoracem transsudans, vel diaphragmatis motum impediens, idem sursum pellendo minatur suffocationem vel caloris nativi destructionem.

Causa periculum variat. Intemperies.

III. CAUSÆ ratione. Tussis ab intemperie simplici quidem caret periculo, ex accidente tamen periculosa evadere potest. Tussim refrigeratis spiritûs instrumentis ortam excepisse sanguinis sputum, ostendit experientia.

χαλαζώδης βήξ δυσέρειπευσι.

GRANDINOSA tussis periculosa. Refert Galenus 4. de locis affectis cap. 8. quendam, qui frustra grandini similia ejecerat, pessimè habuisse. ἔ μὲν ἐπαύσατο, inquit, πολλοῖς ἔτεσι πύχων ἀχει τῆς τελευτῆς: neque pluribus annis mitigari potuit affectus, quin tandem moreretur.

οὐ μὲν ἐλόθει.

Subjungit tamen mitius prognosticum de eadem grandinosa tussi, & addit, multos grandævos vixisse. καὶ ἄλλας ἢ τινὰς, ὁμοίως ἐκείνῳ πύοντος ἐθεασάμην, ἔτη συχνὰ ζήσαντας, ἐνίχς μὲν ἄλλως ἀποθανόντας, ἐνίχς ἢ ἐκ τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων παθόντων. ἔ μὲν αἷμα γέ τις ἐκ τοῦτον ἐπύσειν. Atque alios similiter quidem sperare, sed nihilominus in multos annos extendere vitam vidimus: quorum alii aliam ob causam, alii verò ob spiritalium instrumentorum affectum mortui sunt, quamvis nihil cruoris excrearent.

Calculosa tussis sanationis spem non adimit.

CALCULOSÆ etiam tussies non sunt desperatæ salutis. Restituuntur ægri sæpe feliciter. Antonius Benivenius de abditis rerum causis cap. 24. adhibitis medicamentis, cum causæ morbi abditæ sunt, usitatis, quæ conferre quidem possunt, nocere non possunt, insistendo iis, quæ pectus leniunt, gutturque & asperam arteriam molliunt, tandem id impetratum, quòd calculo ad avellanæ magnitudinem de pectore propulso, & sicca tussicula & omnis præterea dolor amotus fuerit.

Curabilem in magni nominis viro calculosam tussim censuimus, exclusis lapillis, nullumque sputum sanguinis vel asthma

ma

ma subsequutum. Prognosticum eventus confirmavit. In aliis, vase rupto, ἀναίρηξις & αἵματ⊙ periculū vitæ introduxit.

Τοῖσιν ὑδρωπικοῖσι βῆξ Ἰπιγνορική, κακόν. *Tussis hydropi* *Hydropico-*
superueniens, malum, autore Coo 6. aphor. 35. Rationem Galenus *rum tussis pe-*
 dat in comment. *Intelligitur tussis, ait, ἢ μὲν κατὰ τὸν αὐτὸν πα-* *riculum por-*
 ϑος λόγον ἀυξανομένην συμβαίνειν εἶωθ. *qua ipsius morbi augescens* *tendit.*
fit ratione. Idem enim vox Ἰπιγίνεσθαι notat.

ἔ γὰρ ἐπειδὴ δι' ἄλλω πινὰ γήνηται πρὸ φασιν ὑδρωπικῶ βῆξ, ὁλέθρον ἐστὶ σημεῖον, ἀλλ' ὅταν αὐτῷ τῷ λόγῳ τῆ νοσήματ⊙. *Ne-*
que enim, cum aliâ ratione & occasione fit hydropico tussis, signum
est exitiosum, sed cum morbi ratione.

MODUM etiam, quo tussis supervenit, subjungit. ἢ νίκα *Noxam suffo-*
 γὰρ αὐτὸν ἐς ποσῶτον αὐξηθῆ πλῆθ⊙ Ἰπι τῶν ὑδρωπικῶν παθῶν, ἢ *ducit.*
 ὑδατώδης ὑγρότης, ὡς ἤδη καὶ πρὸς τραχείας ἀρτηρίας καταλαμ-
 βάνειν, εἴτα βῆξ Ἰπι γήνηται, τότε κίνδυν⊙ ἔπειτα πνιγῆναι τὸν ἄν-
 θρωπον ὅσον εἰς μακρόν. *Ubi in tali affectione aquosa humiditas in-*
tantum creverit, ut jam asperas arterias occupet, deinde tussis super-
veniat, periculum, ne haud ita multo post homo suffocetur, imminet.

CAPUT XIV.

prædictio longitudinis & modi
 eventus.

LONGUS est affectus tussis, & qui lento gradu tendit ad sui μακροχρό-
 consummationem. Senes inducias cum tussi, nunquam *ni⊙ affectus*
 tamen firmam inire possunt pacem, οὐ πεπαινεται, ἀλλὰ ἀποθνή- *est tussis.*
 σκε, non matumatur in illis, sed saepe commoritur. ὁκόσοι ἔσοι ἐξ ἀσθ-
 ματ⊙ ἢ βηχὸς γίνονται πρὸ τῆς ὑβης ἀπόλλυται. *Quicumque*
gibbi ex asthmate aut tussi ante pubertatem fiunt, illico & citò morte
prematurâ intereunt. 6. aphor. 46.

MODUS ad SALUTEM optimæ terminationis est ejectione *Modus termi-*
 peccantis materiæ per sputum. *nationis ad*
salutem ab-
solutè.

MUTATIONE in alium morbum nonnunquam termi- *Mutatione in*
 natur tussis, i. per μεταπίωσιν ipsâ tussi cessante, vel per *alium mor-*
 χλιῶν vel μετῴσιν. *bum per με-*
τῴσιν.

Primam speciem, quae
Διαδοχή
pellatur.

Διαδοχῆς in agrif salutem exemplum proponitur ab Hip-
pocrate 2. epidem. sect. 5. t. 16. οἷσι βῆξ ξηρῆ, οὐ λύεται, ἢ μὴ ὀδύνη
ἰσχυρὴ ἐς τὰ ἰχία, ἢ ἐς τὰ σκέλεα, ἢ ἐς τὸν ὄρχιν. Quibus tussis nihil
elidit, & sicca est, ea non nisi valido coxendicum dolore, aut crurum
aut testium solvitur.

2.

Διαδοχῆς exemplum aliud occurrit 1. epidem. sect. 1. tit. 12.
βῆχες ξηραὶ, βήσασσι καὶ μηδὲν ἀνάγασσι, καὶ φωναὶ βραγχάδες
ἐμετὰ πλὴ. τοῖσι ἢ καὶ μετὰ χρόνον φλεγμοναὶ μετ' ὀδύνης εἰς
ὄρχεσιν ἐπέροπον, τοῖσι ἢ εἰς ἀμφοτέρω. Multi infestabantur a
rida tussi, nil exscreabant, nec multo post raucescebant, quibusdam te-
sticulus alter, aliis uterque cum dolore inflammabatur. Adverten-
dum tamen, an tum eant ob humorem translatum an tus-
sindi conatum.

3.

IN FOEMINIS terminatio eadem locum habet. Hone-
sta matrona valida tussi laborabat & diurnâ. Primum facilis
expectoratio, post difficilis, demum sicca tussis. Verebantur
astantes, ne suppressione materiae quid finistri contingeret.
Tandem sinus pudoris madet, & transmittitur ea materia, quæ
pulmones infestabat, per venas eò delata, per arterias rursus
ad pudenda.

Μεταστάσις,
quæ altera
μεταστάσις
species, ex-
emplum.

Μεταστάσεως, superstate priore foco, exemplum est mutatio
tussis in anginam periculofam & funestam, converso materiae
à pulmonibus ad fauces raptu, ibique novam excitante inflam-
mationem.

Ἐπιχύσεσις al-
tera muta-
tionis tussis in
alium mor-
bum species,
μὴ παντοειδῆς
ἀετὲρ νόσος.

II. καὶ Ἐπιχύσεσιν etiam mutari solet tussis in alium mor-
bum, non cessante tussi, per σιωπηρῆσαν maleficam, quæ nul-
lam adfert levationem, sed cumulat augetque malis & damnis
agrotum. In tussi succedit inflammatio pulmonis, vel pleu-
ræ. Successionis talis pravæ exemplum est in sputo sanguinis.

CAPUT XV

methodum curativam & chirurgicas
proponit materias.

Indicationes
curatoria,

HÆC nititur INDICATIONIBUS ordinariis. CURATO-
RIA

RIA respicit morbum, à quo tussis fovetur, & concurrit cum PRÆSERVATORIA, quæ respicit causas irritantes. Intemperies alterari per contrariam petit qualitatem, calida per refrigerium, frigida per teporem. sicca humectationem exposcit, humida exsiccationis indiga. Materia si peccet motu ex aliis partibus, revelli, intercipi, incrassari: quæ in fluxu, vacuari: per sputa, minui: acris contemperari: crassa attenuari: tenuis incrassari desiderat. A naribus & faucibus si catarrhus descendat ad pulmones, ille mitigandus. In pulmonibus si coacervetur materia, per *συναθροισμὸν* aut *ῥομαλισμὸν*, illa corrigenda, & eliminanda. Asperitas arteriæ leviganda ac demulcenda. SYMPTOMA, ipsa tussis, si vehementer urgeat, etiam observandum.

Præservatoria.

Attendenda est RECTA ADMINISTRATIO. Si periculum sit in morâ, & vel ruptura vasis in pulmone metuenda, vel in gravidâ abortus præ foribus astet, omnino ad prius respiciendum, neglectâ causâ; sin minus, hæc prius attendenda.

VITALIS indicatio virium studet conservationi, & pulmonis roborationi. *Vitalis.*

MATERIÆ præsidiorum desumuntur ex usitatis fontibus. *Materie chirurgice.*

I. CHIRURGICO. VENÆSECTIO tussis, quæ tali, non convenit, sed ratione affectionum & circumstantiarum, quæ concurrunt. Copia sanguinis seu *πληθὺς πρὸς ἀγρία ἢ πρὸς δυνάμιν* utraque & imperat, & quantitatem *κενώσεως* delignat. Tussis purulenta saniosa in pleuritide liberali, venam tangere vetat. *Sanguinis missio.*

CUCURBITULÆ scarificatæ, ex venâ & arteria sanguinem evacuantes simul, ex usu sunt nonnunquam. *Cucurbitula.*

FONTICULI in brachio profunt: in futurâ coronali frustranei, erroneo enim nituntur fundamento, catarrhorum fontem esse cerebrum. *Succum à sanguine diversum subtrahunt fonticuli.*

SETACEUM in SCROTO an cum commodo ægri excitari queat, quæri, & *Setaceum adprobatur.*

AFFIRMATIVE responderi posse videtur, cum Hippo-

crates multa nobis reliquerit de consensu testium & thora-
cis. 2. epid. sect. 1. testium tumores, scribit, superveniente tussi
sublevatos. Econtra 2. epidem. sect. 2. qui moderatè febrici-
tans ab Alcibiade venerat, mitescente feбри, tumore testium
evanescente, ἐπιθεῖν ὑγρὰν μέγαν, sicut subfloridum.

CAPUT XVI

fontem pharmaceuticum proponit, &
I. purgantia universalia & parti-
cularia,Purgantia
præmittenda

Opera danda, ut evacuetur corpus, fomitem qualemcumq;
suppeditans.

Imprimis in materiali presse dictâ lenientibus, præparan-
tibus & purgantibus, sin affectus det inducias, & à pituitâ sal-
sâ, sputoque cruento nullum sit periculum, nec fluxio sit im-
petuosa, insistendum.

Lenientia.

LENIENDI scopo exhibetur *sirupus rosarum solutivus ad*
℥ij, cum aq. bordei, ℥ij. mel rosat. solut. cum decocto pectorali. Ex-
hiberi potest loco lenientis seq.

℞. *crystall. ♀.**elæosacch. anis.**M. F. pulvis. S. Stindpulver.**gialapii nigri resin. a. ℥℞.**fœnic. a. gr. v.*

Exhibeatur in primo cochleari jusculi, initio prandii.

Præparantia

PRÆPARANDUM *sirupo de farfarâ, beton. capill. ♀, de ju-*
jubis, oxymelle scyllitico cum decocto pectoralium.

℞. *▽ pectoralis compos. ℥ij.**spir. ♀ g. x.*In fictili *S. Brusttrânclein.*℞. *sirup. de jujub.**aqua fl. chamæm.**sirup. veronica ℥j.**elæosacch. fœnic. g. vj.*

Convenit in materiâ crassâ.

*de glycyrrh. a. ℥j.**tusilag. a. ℥ij.*

In fictili *S. præparirtrânclein. uff itj. mal.* Convenit mate-
riâ peccante tenui.

Purgantia.

PURGANTIA sequuntur I. UNIVERSALIA. Eligenda,
quæ

quæ causæ prædominanti & palato ægri respondeant. Mitioribus primus tribuendus locus: interdum danda opera purgationi per fortiora medicamenta, cum mitiorum vis est ignava & eluditur.

In vitio CRASSORUM humorum phlegmagoga & melanagoga leniora, *agaricus simplex*, imprimis *in trochos redactus*, *pilula de agarico*, *infusum medicatum ex agarico*, *senâ*, deinde validiora, ut *colocynthidis*, & ex eo parata medicamenta conveniunt.

Dominantibus humoribus crassis,

In excessu TENUIUM humorum biliosorum serosorum, profunt rhabarbarum, scammonium.

In cacochymia mista,

In cacochymia mista sociatis copiis agendum.

℞. resin. gialap. ℥℞.
crystall. ♀ ℥j.
ol. anis. g. ij.

M. In chartâ S. Laxierpulver.

℞. gialap. resinos. ℥j.
dacrydii g. iij.
elaos. fœnic. g. ij.
M. in chartâ. S.

℞. mass. pil. hier. cum agar. ℥℞. ℞. pulv. lax. veget. ℥j.
troch. alband. g. iij. res. scammon. g. ij.
scammonii ♀ g. x. aq. fœnic. q. s.

M. in chartâ. S. Lindpulver.

M. F. Bolus S. Purgierpulver.

℞. fol. veronica
rorella,

rad. glycyrrb.

ireos fl.

ficuum, dactyl.

passul. minor.

fol. senæ Alex. ℥℞.

gialapii res. ℥iij.

sem. anisi

fl. violar.

marrubii

agenati a. M℞.

belenii a. ℥ij.

tusfil. a. ℥j.

jujub. a. n. vj.

majorum a. ℥j.

rhab. ℥ij.

surpetb. ℥j.

fœnic. a. ℥ij.

rosar. alb. a. p. ij.

Concisa contusa s. a. D. ad chartam. S. Species zum Säcklein in Bier.

LAXATIVUM tamarindinatum tale prodest.

℞. pulpa tamar-bendi enucl. ℥iij.

aq. fontan. limpidissime ℥iij.

Laxativum
tamarindi-
natum.

Cog

Coq. inf. q. aq. font.

colatura calida ℥iij.

adde spir. vini irror.

sena Alex.

gialap. a. ℥β.

glycyrrhiz. ℥v.

rosar. alb. p. x.

Colentur, iterum stent in cellâ subterraneâ. Serventur in duobus vasis terreis. Detur ad ℥iij ante pastum singulis diebus.

Vomitoria.

VOMITORIA an convenient, interrogati respondemus, Vulgus, cum anxietatem circa præcordia hæere sentit, de vomitu cogitare, nec nos planè improbamus.

SINT autem non ☉lica, quocunque enim modo præparentur, non omnem strangulandi vim amittunt, exceptâ manâ vomitoriorum, quæ omni facultate ☉lica spoliata est.

Aq. benedicta Rulandi.

Hartmannus praxi chimiaticâ, ▽ benedictam Rulandi commendat. Improbantur in iis, qui debiles habent pulmones.

Suadent nonnulli purgantibus moschi aliquot grana, aut pilulis etiam ol. succini guttas aliquot addendas, ut virtus tantò præsentius ad caput pertingat, innixi hâc hypothesi, cerebrum esse fontem catharrorum.

Diuretica.

DIURETICORUM usum probat salutaris eorundem effectus in tussi, excitatâ à defectu evacuationis seri per renes. Infans nobilis catarrho & tussi laborans, nullâ salutis spe illucescente ab aliis medicamentis, circa regionem renum inunctus fuit ol. scorpionum. Inde urinæ liberaliores fluxere, & tussis cessavit.

Particulariter evacuantiâ.

PARTICULARITER totum corpus per nares vacuandum, si inde materia per palatum derivetur. MATERIA commoda est pulvis fl. lilior. convall. & euphorbii, cum radice ireos Florentina.

CAPUT XVII

alterantia proponit.

Alterantia generalia.

ALTERANTIA generalia & particularia, interna & externa subjungenda.

GE-

GENERALIA totum corpus respiciunt. IN CAUSA FRIGIDA convenit decoctum ligni cum appropriatis. Addigida. possunt radices china, sarsaparill. angelica. IN CALIDA In calida. CAUSA decoctum bordei, ligni sassafras, lentiscini, rad. glycyrrh. passul. ficuum cum appropriatis.

℞. lign. sassafr. rasp. ℥℞.

jujub. sebesten a.n. X.

sem. 4. frig. maj. a. ℥ij.

sem.

coriandr. ℥iij.

passul. maj. min. a. ℥ iv.

daetyl. n. XII.

cydon.

anis a. ℥℞.

bordei mij.

Decoctum

Coq. in aq. font. cantb. V. ad consumptionem ℥℥. Reponatur in cellâ. S. Brust. Franc. Bibantur ℥vj. per vices. Ex remanentiâ, novâ infusâ aquâ, paretur potus ordinarius.

CAPUT XVIII.

Particularia alterantia interna.

ΒΗΧΙΚΑ appellatur. Nomen hoc notat ea, quæ tussim excitant, & quæ tussi medentur. Particularia alterantia in tenui causa.

In præcipiti TENUIS MATERIÆ à toto per venam cavam & dextrum ventriculum cordis, in pulmones irruptione, necessaria sunt, ut fluxus SISTATUR & INCRASSATUS ad expectorationem aptus reddatur.

INCRASSANTIA hæc à veteribus in tussi, à capite delabente pituitâ, commendantur, suntque mitiora & validiora. Incrassandi vim habeant.

MITIORA sunt sirupus violarum, juj. sbinus: adhibentur vel soli, vel cum conservâ malvæ, aut portione sacchari violacei. Idem præstant diapenidium, si ore, ut liquecat, detineatur, nec non Trochisci bechici albi & nigri. Mitiora.

CONSERVA ROSARUM antiqua tusses compescit, eâ virtute, quâ rosa, ὄστρο τῆ ρέου, quod inhibeat fluxiones, dicta, sistit defluxiones. Saccharum ROSATUM tabulatum eundem præstat effectum, & SIRUPUS papaverinus. SPECIES & ROTULÆ diatragacanthi frigidi non sunt parvi æstimandæ. Conserva rosarum.

℞.

℞. siru.

R. sirupi jujubini aq. pectoral. Dorncrel.
 papav. errat. a. ʒss. violarum.
 papav. alb. a. ʒj. pulmonis vituli a. ʒj.

I. in fictili. S. Brustschwellen.
 R. Aq. pulmon. vitul. ʒiij. sirup. de glycyrrhizâ ʒj.
 spir. ʒ campanat. q.v. ad grat. sap.

M. in fictili. S. Alteriersaffe.
 R. nuc. moschat. thuris electi
 succ. glycyrrh. a. ʒij croci g. x.
 cum sirupo jubino q. s.

F. Trochisci sublinguales. S. Mundtuchlein.
 R. boli Armen. ʒss. sacchar. ros. tabul.
 amyli ʒij penidii a. ʒij.
 gom. arabici ʒj. mucil. sem. psylli aq.
 ros. extr.

F. trochisci sublinguales. S. Mundtuchlein.
 R. spec. diatrag. frig. boli armen.
 sem. papav. alb. terr. sigill. strig.
 melon. exc. a. ʒj. mastich. pulv. ʒß.
 nucis mosch. n. j. trochisc. de carabe ʒj.
 sacchari albi in succo cydon. sol. ʒvj.

M. F. Rotule. S. Anhaltend Brusttuchlein.

Opinio antiqua.

Ex hypothese venerandæ antiquitatis nonnulli inhibitionem catharorum in faucibus imperant, gargareonem, pharyngem, & laryngem gargarismis corroborando. Id licet pauci animadvertant, tamen id genus remedii in primis ex usu futurum multi censent.

Επιχειρησις.

Locum habet solùm cautela in catharro per arterias in palatum & fauces, ex lymphaticis maxillaribus Whartonianis & Stenonianis ductibus in & delabente, non verò immediatè per arterias irrupente in pulmonum ex plurimis membranaceis vesicis conflata spongiam: impediretur enim ἀνακί-
 & αργος.

CAPUT XIX.

Inhibentia validiora in causâ calidâ.

Alexan

Alexander Trallianus lib. 5. c. 8. βηχικὰ in tenui à capite ad
thoracem fluxione, imprimis commendat TRIA.

UNUM vocari scribit ὑγείαν, & constat ex semine ammios ^{1. ὑγεία.}
ʒj. anis. ʒiβ. opii ʒij. tragac. nucl. pini torrefacti a. ʒiiij. Tragacan-
tha & opium in ∇ solvuntur. F. pastilli.

ALTERUM vocat μυσηριον. Constat ex croco, castor, sem. al- ^{2. μυσηριον.}
terci, opio, styrac. a. ʒiiij. Præstantius aut fieri, si pro quaternis al-
terci sumantur ʒij. Excipit melle.

Διὰ κωδειῶν Galeni etiam valdè commendat, cap. 4. Con-
stat ex decocto cap. παραυ. albi in aq. pluviâ cum melle ad justam
consistentiam, aut loco mellis saccharo & aliis redacto. Pro- ^{Confirmatur}
ficua hæc medicamenta vocat illis, οἷς δὲ τῆς κεφαλῆς ἴπὶ τὴν ^{τὸ διὰ κω-}
τραχειάν ῥεῦμα λεπτὸν, ἔχ ἴπτερον κοιμᾶσθαι διὰ τὰς ἐπο- ^{δειῶν.}
μένας βῆχας, quibus fluxio tenuis à capite in asperam arteriam de-
fluit, quæ propter insequentes tusses dormire non permittit.

Τοῦ διὰ κωδειῶν usum commendat in omni calidâ intem-
perie, si συμμέτρως καὶ δεόντως, moderatè ἔσ' ut decet, propinetur,
quod ceu aliud βοηθεῖν ὀξύτατα δύναται presentissimum potest ad-
ferre auxilium. ὡσπερ καὶ ἀναιρεῖν πολλακίς ἀδενεῖ πάνυ διὰ μεί-
σθησθαι, καὶ ἐφ' ὧν πλήθ' ἔσ' πεινωμάτων ἐν τῷ θώρακι πει-
έχειται. διὸ δεῖ μὲν πολλῆς ἀκρεβείας καὶ διαγνώσεως αὐτὴν ἐπιδιδό-
ναι. quemadmodum etiam ἔσ' vitam frequenter adimere, si viribus
infirmis porrectum fuerit: ἔσ' plurima excrementitia pituita in tho-
race continetur. Ideò etiam non nisi magnâ circumspectione exhi-
bendum.

Laudanum OPIATUM horum medicamentorum vicem ^{Laudati o-}
supplere potest, ut & MAGISTERIUM ANODYNUM, ad g. j. ^{piati medi-}
ij. circa noctem, sumta in cochleari cerevisiæ, vel sirupi de ^{camenti en-}
farfarâ. Sunt ὑγεία καὶ μυσηριον. ^{comium.}

Helmontius jus diuiviratus in scripto libro t. 62. con- ^{Helmontii}
formiter suis principiis in tussi etiam respiciens ad indignatio- ^{ad sensus.}
nem Archæi, ut ille sopiatur, commendat sedativum decan-
tatisimum, Laudanum opiatum.

In usu Laudani cautela adhibenda, ne crebriori usu natu- ^{Cautela.}
ra ad evacuationem per τὰ ἄνω καὶ κάτω incitetur.

CAPUT XX

Alterantia bechica particularia in
causâ crassâ.

Tussilago.
Aron & iris.

Angelica.

Trifolium.

Aqua abro-
tani,

asthmatica.

INDICATIO attenuandi omne fert punctum.

TUSSILAGO nomine virtutem indicans, præbet aquam, sirupum & looh. *FECULÆ ari & iridis* levamen promittunt. ANGELICA, Brustwurk populari idiomate appellata, celebris est. In radice TRIFOLII aquatici calidâ, & tenuium partium decoctâ rustici amplam spem locant restitutionis, in immorigerâ & minis obsequiosâ tusfi. ▽ ABROTANICUM saccharo edulcata, & *Looh de pino*, attenuant & abstergunt. Aqua ASTHMATICA composita, & oxymel scilliticum utiles conferunt operas.

℞. ▽ *veron. cum vin. ℞l.* *tussil. simpl. byssopi a. ℥ij.*
asthmatica composit. crocat. sir. byssopi, agerati, a. ℥j.
spir. g. X. M. F. potio. S. Brusträncklein.

℞. *Tinct. rosar. parat. cum sp. g. camp. ℥j.*
sirupi byssopi ℥ij. ▽ veron. marrub. a. q. s. ad grat. sapor.
M. F. Julep. S. Brustjulep.

Tinctura Benzoina ad gut. VI. excipiatur vino malvatico & bibatur. ▽ *veronica*, guttis totidem irrigata, lactescit.

CAPUT XXI.

In mistâ causâ alterantia pro-
ponuntur.

Pomum.

IN omni ferè tusfi convenit POMUM BORSDORFIANUM vel REGINÆ, pomme de la Reine, coctum vel assatum in cineribus, vel supra fornacem, cum saccharo canthio, thure. Medicamentum est arteriacum præstans. Exsiccat ratione thuris: lenit ratione sacchari.

Morsula.

℞ *sp. di air. s. ℥j.*

Florum gumm. benzoin. ℥j.

conserv. botryos

cond. cort. aur.

fecul. ari sine vino pp. ℥ij.

croci g. VI.

byssopi a. ℥ij.

citri a. ℥j.

saccha.

sacchari albi solut. in ∇ veron. q. s. z^{viii} .
addendo sub finem

Olei anis. fœnic. citr. a. g. viij.

M. F. Morfuli in scatulâ. S . Brustmorsellen.

R^{x} . Extr. belen. z^{ij} . olei anis. z^{b} .

sacch. alb. in ∇ byssop. solut. z^{iiii}

M. F. Rotulæ. Dantur v. vj. per vices.

Rotul.

CONFECTIO de REBECCA, Venetiis olim magni æsti-
mata, sic parari solet: Conf. de Re-
beccâ.

R^{x} . Glycyrrh. rasa z^{b} . rad. ireos Fl. z^{iii} .

1.

Infunde pulverifata in ∇ rosar. per dies duos. Coq. cum saccha-
ri lbj & gumm. tragac. a. q. s. M. F. Bacilli.

Vel R^{x} . pulv. prædictor. a z^{vj} . sacchari canthii rubri, penid. a. z^{vj} .

2.

cum mucil. tragac. select. in ∇ rosar.

solut. q. s. sub finem add.

ambre g. ij.

M. F. Bacilli oblongi instar bacillorum ceræ hispanicæ.

Oleum sacchari simplex, paratum cum oleo vini infuso
super saccharum canariense, vel $\kappa\alpha\upsilon\delta\iota\omicron\nu$ angulare crystallinum
album, aut flavum vel ipsum saccharum flavorufescens Tho-
mæum & deflagrato, commodum est.

SPECIFICUM pectorale tussi accommodatum esse Δ in
dissert. de Δ re, & chim. in art form. redact. declaratum est.

R^{x} . fl. Δ l. a. per se z^{torum} ,

sacch. canthii vel penidii a. z^{b} . M.

Pulvis.

Optimum est bechicum medicamentum, Dos. z^{b} . in jure pulli.

R^{x} . fl. Δ cum alœe, croco & myrrhâ z^{at} . z^{ij} .

magist z cum z & z compos. parati albi z^{ij} .

M. F. pulvis Dos. z^{ij} .

R^{x} . Lact. Δ non adulterini cum calcis viva, sed genuini, cum Θ

Δ lixivio parati & aceto destillato liberati

sacchari canthii albi a. q. v.

M. $\text{B}\eta\chi\iota\kappa\omicron\nu$ est magnæ æstimationis.

R^{x} . lact. Δ z^{ij} .

magist. antibeet. z coerul. cum z z^{ij}

simpl. parat. z^{ij} .

∇ por.

CAPUT XXII. EXTERNA ALTERANTIA.

▽ portul. tusfilag.

sirup. cinam. ℥℞.

▽ scabios. a. ℥ij.

jujubini ℥j.

M. F. potio. Detur per vices moto prius vasculo.

CAPUT XXII.

alterantia externa.

TAlia sunt unguentum pectorale rosatum thoraci illitum. Emplastrum de meliloto super corio extensum applicarum.

LITUS, quamvis thoracis non attingat intima, & pulmones, prodest tamen duas ob causas: 1. ut *Διαφορήσας* thorax evacuetur. Hæc in pellendis morbis multum valet, & in tussi, si humor acris. Valet etiam, si cruditas adsit, ad mitigandum. 2. Resolvit etiam succos crassos pulmonibus impactos.

In usu tamen emollientium & pingvium moderatio adhibenda, ne pulmo fiat mollior, aut putredo, si adsit, augeatur, præsertim, si sputum adsit putre, ac purulentum.

BALNEUM aquæ dulcis tepidæ commendat *Galenus 7. de loc. affect. cap. 3.* in tragædis fauces & asperam arteriam cantu & vocis intentione resiccata habentibus. Humectando prodest, siccitatemque mitigando.

CAPUT XXIII.

Invectiva Helmontiana in curationem per alterantia propositam.

VULGARIA & usitata medicamenta contra tussem vilipendit omnia. 1. decocta. 2. tabulas 3. sirupos & eclegmata, quæ credidit per laryngis rimam non descendere, quod, si fieret, majores tusses & suffocationes orirentur. 4. Pulmonem *Vulpis* irridet, quod debeat saccharo sui cursus potestatem impertiri. Non minus ineptum esse ait, quam si paralytico esus crurum leporis prodesse statuatur.

Inter **CHIMICA** irridet ♁, quod, ut solum, ubi crescit, aridum reddere, ita ut pulmones exsiccare debeat, sive sit matatum cum aloë, croco, myrrhâ & ☉ Oli, seu cum aceto in lac matatum. Lac enim, est & manet ♁: infuso enim aceto destillato ♁ redit.

Con-

Cautio.

Vilipendit
autor hic vul-
garia reme-
dia.

inter chimi-
ca ♁

Confitetur quidem t. 40. asthmatis Δ mederi, sed ingredi-
tum ventriculum & stomachum, circa quem nidus asthmatis.
Allegat & illud, quod Arsenicum fumi metallorum nomen ad-
sciverit.

*Asthmatis a-
liâ ratione
medetur.*

Concludit ergò, à scopo hoc abdicari mineralia, (exce-
ptis majoribus arcanis) utpote quæ nec aditum habent, nec
familiaritatem contraxere cum pulmonum Archæo insito.

*Majora cre-
pat arcana.*

CAPUT XXIV

ἐπιχειρῶν continet.

Censura nimis rigida. Pugnât investiva cum experienciâ.
Cuius esse agris medicamenta hæc, ipsi suo confirmant suf-
fragio. 2. Quæ per laryngis rimam incidunt ceu per *Ἰσθμόμιον*,
ἀσπρόως agminatim & impetuosè irruunt, respuuntur, non verò,
quæ latera lambendo sensim defluunt. 3. Antiquitas ratione &
experienciæ fulcro innixa, virtutem pneumonicam pulmoni
hujus animalis adscripsit, quam ex toto damnare protervia est.

R. 1.

2.

3.

DEINDE Retia, quæ Δ tenduntur, sunt *τῶν ἀεγχυῖων
ὑφάσματα*. 1. Non timenda est tanta à Δ exsiccatio. 2. Non ne-
gatur, lac Δ esse reducibile. Est & manet Δ : aliâ solùm induitur
veste. Et torte flores in choro virtutum pari cum eo incedunt
passu. 3. Non negatur asthmatis focum esse in hypochondriis ut
plurimum, sed inde inferri nequit, non mederi pulmonibus
crasso infarctu laborantibus. 4. Arsenicalis Δ ea minera non est,
nisi quæ eruitur propè fodinas arsenicales. 5. Arcana majora
Helmontiana sunt non entia, altis quæ adhuc latent in tene-
bris. De iis iudicium ferri nequit.

*Causa Δ ris
agitur.*

1.

2.

3.

4.

5.

CAPUT XXV

Diætam præscribit.

Hæc consistit in justâ rerum non naturalium moderatione.

NATURALIS *τὰ προσφερόμενα*, ea quæ offeruntur, tem-
perat. Victus, si tussis humida, à tenui materiâ quæ fomitem
habet, sit incrassans. Inter bellaria profunt *amygdale excorti-
cate*, & *pinæ*: si sicca sit tussis ex crassitie materiæ, attenuantia
profunt.

*Naturalis.
Cibus.*

JUS.

Juscula.

JUSCULORUM magna in tussi utilitas. *Alii* moderationem imperant, timentes sputi ἐκθήλυνσιν effæminationem, sed sine causâ. **CALIDA** dominante materiâ cõvenit *ptisana bordeacea, amygdalata, lac caprinum, vel vaccinum*, si febris absit. **FRI-GIDA** materiâ excedente, *juscula* conveniunt *cerevisiaria*, cum cumino, calidiores sint cibi, vel temperati.

Carnes.

CARNES coquantur cum aromatibus.

Panis.

PANIS sit benè fermentatus, *semine anisi* vel *fæniculi* conditus.

Potus.

POTUS in calidâ causâ sit ▽ hordeicum passulis & seminibus fæniculi: in frigidâ, melicratum Hispanicum vel Francicum nonnunquam in usum veniat.

Helmontianum diætæ vilipendium.

Ab alimentis t. 41. *Helmontius* parum opis nancisci scribit pulmonem, cum vis custodis in pulmonibus pro lubitu propria alimenta adsimilanda retorqveat, alienet, corrumpat.

Ἐπίκλεισις.

Sed hæc ratio elumbis est. Nititur labili fundamento, tussim generari vitio pulmonum proprio.

Vitalis diætæ.

IN VITALI diætâ **AER** constitutioni ægri velificetur. **Ca-**lidus si sit nimis, temperandus frigidior, & aliis adminiculis: frigidus calidior: Si siccitas affligat, humidus eligatur, & contrâ.

Aeri præscribitur leges.

Intemperies si peccet, ær copiosus attrahatur, & violenter detineatur.

Exspiratio- nis suppressio, prodest.

Consilium & auxilium hoc suppeditat *Galenus 2. de sympt. causis cap. 4.* ἔ μόνον γὰρ τὴν παρηγορίαν γενέσθαι καλύουσαι τῇ κλιψῆι τὴν πνεύματι αἰὲν ἐν δου- σκερσίαν βῆχας ἀλλὰ καὶ ἡμετέρας πνεύματα πρὸ αὐτῆς, εἰ μὴ πάνυ μεγάλα πνεύματα ὑπάρχωσι. *Tussim ex intemperie non solum in præsens fieri spiritus cohibi- tio prohibet, sed etiam eam sanat, dummodo non sit multum magna.*

Confirmatur autoritate Galeni.

Rationem etiam subjungit. *Ἀυξάνεται ἢ ἡ ἐν τοῖς πνεύματι οὐρανῶσι θερ- μασία δι' ἐπίκρησιν τῆς ἀναπνοῆς, διεξέρχεται τε τοὺς πνεύματι ἀπὸ τοῦ πνεύματι θλιβομένου ὑπὸ τῆς θερμότητος βίαως. ἀμφοτέρων δὲ τῶν γινόμενων, ὁμα- λύνεται πάντα, καὶ εἰς ὁμοιότητα κέρως ἀφικνεῖται. *Augetur namq̄, in spi- ritualibus, spiritus cohibitione, calor: permeatq̄, spiritus violenter à pectore pressus ac compulsus per omnes angustos meatus: quibus utrisq̄, peractis, equân- tur, omniaque in similitudinem temperamenti veniunt.**

Affectus.

AFPECTUS sequiores, humanæ vitæ furoros, ægritudin mentis, moeror & tristitia, ad Garamantas relegentur. & Indos.

Animalis diætæ, &c. Somnus.

IN ANIMALI diætâ, **MOTUS** moderatus, dum horum movet segni- tiem, interdum prodest, interdum nocet. Quiete ergo temperandus.

SOMNUS nimis fluentes humores sistit. **VIGILIÆ** sint moderatæ.

Decubitus.

Minus commodus supinus decubitus, magis lateralis. Perinde est, sive dor- miatur capite elevato, sive declivi. Videtur tamen in tussi, à defluente serosâ colluvie ex naribus & palato eò derivatis, conducibilior situs declivior,

F I N I S.

